



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

• • • •  
KEATSII HYPERIONIS

LIBRI TRES

C. MERIVALE

*EDITIO SECUNDA.*


• • • •  
• • • •  
• • • •  
• • • •



600082487Z








*Uniform with this work.*

THE COMUS OF MILTON,

TRANSLATED INTO GREEK

BY LORD LYTTTELTON.





# HYPERION







# KEATSII HYPERIONIS

LIBRI TRES.

LATINE REDDIDIT

CAROLUS MERIVALE.

MACMILLAN ET SOC.  
CANTABRIGIÆ ET LONDINI  
M DCCC LXIII.

*280. h. 22.*

CANTABRIGIÆ  
TYPIS ACADEMICIS EXCUDEBAT  
C. J. CLAY, A.M.



C. MERIVALE

VIRO CLARISSIMO

GEORGIO BARONI DE LYTTELTON

GRÆCOS ATQUE LATINOS SERMONES

JUXTA EDOCTO

HUNC VERSUUM FASCICULUM

D. D. D.

6



HYPERION.

*BOOK I.*





# HYPERION

## *BOOK THE FIRST.*

**D**EEP in the shady sadness of a vale  
Far sunken from the healthy breath of morn,  
Far from the fiery noon, and eve's one star,  
Sate grey-hair'd Saturn, quiet as a stone,  
Still as the silence round about his lair;  
Forest on forest hung about his head  
Like cloud on cloud. No stir of air was there,  
Not so much life as on a summer's day  
Robs not one light seed from the feather'd grass;  
But where the dead leaf fell, there did it rest. 10  
A stream went voiceless by, still deaden'd more  
By reason of his fallen divinity



# HYPERIONIS

## *LIB. I.*

**T**RISTIBUS abjectus latebris in valle profunda,  
Qua non Auroræ flatus subiere salubres,  
Non medii soles, non vesperis unica lampas,  
Falcifer incanus sedit Deus, ipse quiescens  
Ut lapis, ipse silens ut frondea lustra silebant.  
Impositæ sylvis circumdant tempora sylvæ,  
Nubibus ut nubes. Non aëris intremit ala,  
Non animæ æstivi quantum sub luce diei  
Haud unum plumante rapit leve semen ab herba.  
Sed folia in terris qua defluxere jacebant.  
Amnis ibi tacitus, sed jam taciturnior ibat,  
Attonitus fati diram fundentibus umbram

10



Spreading a shade: the Naiad 'mid her reeds  
Press'd her cold finger closer to her lips.

Along the margin-sand large footmarks went,  
No farther than to where his feet had stray'd,  
And slept there since. Upon the sodden ground  
His old right hand lay nerveless, listless, dead,  
Unsceptred; and his realmless eyes were closed;  
While his bow'd head seem'd listening to the Earth, 20  
His ancient mother, for some comfort yet.

It seem'd no force could wake him from his place;  
But there came one, who with a kindred hand  
Touch'd his wide shoulders, after bending low  
With reverence, though to one who knew it not.  
She was a Goddess of the infant world;  
By her in stature the tall Amazon  
Had stood a pigmy's height: she would have ta'en  
Achilles by the hair and bent his neck;  
Or with a finger stay'd Ixion's wheel. 30  
Her face was large as that of Memphian Sphinx,  
Pedestal'd haply in a palace-court,  
When sages look'd to Egypt for their lore.  
But oh! how unlike marble was that face:  
How beautiful! if sorrow had not made

Numinis occasu ; gelidumque arrecta labellis  
 Altius impressit digitum sub arundine Naias.

Haecenus, errando quantum processerat ipse,  
 Grandia pulvereo vestigia margine tendunt ;  
 Et composta manent. En ! segni in cespite dextram  
 Enervem exanimamque senis, sceptroque carentem ;  
 Orbaque divino clauduntur lumina regno.

Demissumque caput Tellurem poscere visum 20  
 Quantulacunque tamen vetulam solatia matrem.

Quæ modo vis tantæ labentem pondere curæ  
 Excitet? Accessit, Regemque decenter adorans  
 Immemorem, dorsum Dea contigit una suorum ;  
 Splendida jam teneri mundi Dea, maxima cujus  
 Ad latus imbelles pumilos æquaret Amazon ;  
 Quæ crine arrepti collum incurvaret Achillis,  
 Aut Ixionium digito suspenderet orbem.

Lata Deæ facies, Memphitide qualis in aula  
 Sphingis in immensi quandoque crepidine saxi, 30  
 Cum vetus Ægyptum coluit doctrina magistram.  
 Ah ! quantum saxo facies diversa ; venustas

Sorrow more beautiful than Beauty's self.  
 There was a listening fear in her regard,  
 As if calamity had but begun ;  
 As if the vanward clouds of evil days  
 Had spent their malice, and the sullen rear                   40  
 Was with its stored thunder labouring up.  
 One hand she press'd upon that aching part  
 Where beats the human heart, as if just there,  
 Though an immortal, she felt cruel pain :  
 The other upon Saturn's bended neck  
 She laid, and to the level of his ear  
 Leaning with parted lips, some words she spake  
 In solemn tenour, and deep organ tone :  
 Some mourning words, which in our feeble tongue  
 Would come in these-like accents : O how frail                   50  
 To that large utterance of the early Gods !

"Saturn, look up! though wherefore, poor old king!  
 I have no comfort for thee, no, not one :  
 I cannot say, 'O wherefore sleepest thou?'  
 For heaven is parted from thee, and the earth  
 Knows thee not, thus afflicted, for a God ;  
 And ocean too, with all its solemn noise,  
 Has from thy sceptre past, and all the air

Quanta Deæ, et forma mœror formosior ipsa!  
 Quis timor attentus vultu, velut aspera fata  
 Exantlata diu, nec adhuc absumpta trahentis!  
 Prævia ceu nubes, rerum frons prima malarum,  
 Jam rabiem explesset; sed nimbis triste paratis  
 Fulminis extremum nisu succederet agmen.

Mox unam qua parte manum mortalibus ægris  
 Cor dolet imponens, illa ceu Diva doleret;  
 Altera dum collum tangit senis; aure susurrat  
 Leniter adnixa, et mœstum cum murmure carmen  
 Insinuat; quod sic hominum fas voce referre,  
 Vis ea parva licet, Superumque profatibus impar.

40

*Rex bone, tolle oculos; sed quam tibi monstro salutem?  
 Quod solamen erit? vel quæ mora facta dolori?  
 Non ego ferales incuso barbara somnos.  
 Namque tibi cælum eripitur; te magna jacentem  
 Nescit terra Deum; sonitu et maria alta verendo  
 Destituunt sceptrum; necnon tua maxima virtus,*

50

Is emptied of thy hoary majesty.

Thy thunder, conscious of the new command, 60

Rumbles reluctant o'er our fallen house ;

And thy sharp lightning in unpraçtis'd hands

Scorches and burns our once serene domain.

O aching time, O moments big as years!

All as ye pass swell out the monstrous truth,

And press it so upon our weary griefs,

That unbelief has not a space to breathe.

Saturn, sleep on :—O thoughtless, why did I

Thus violate thy slumbrous solitude?

Why should I ope thy melancholy eyes? 70

Saturn, sleep on! while at thy feet I weep."

As when, upon a tranced summer-night,

Those green-robed senators of mighty woods,

Tall oaks, branch-charmed by the earnest stars,

Dream, and so dream all night without a stir,

Save from one gradual solitary gust

Which comes upon the silence, and dies off,

As if the ebbing air had but one wave ;

So came these words and went : the while in tears

She touch'd her fair large forehead to the ground, 80

Just where her falling hair might be outspread

*Canaque majestas vanescit in æthere toto ;  
 Perque domum lapsam, translati conscia juris,  
 Indignata jaci longe tua fulmina mussant.  
 Scilicet illa, rudi tironis subdita dextræ,  
 Urere jam, nostrique accendere regna sereni.  
 O miseræ luces, annosque æquantia puncta  
 Temporis, ut fessam premitis labentia mentem,  
 Spirandique locus defit fera fata neganti!  
 Sic, Saturne, jace ; cur hanc ego voce quietem  
 Irrupi, et tristes tremefeci frivola somnos ?  
 Tu, Saturne, jace ; lacrymis ego crura rigabo.*

. 60

Ut celsæ quercus, ubi nox æstate fatiscit,  
 Magnorum nemorum viridi cum veste Senatus,  
 Brachia sopitæ superinclinantibus astris,  
 Dormitant, altumque rigent ; nisi forte silentem  
 Æthera corripens, planctu non amplius uno,  
 Spiritus exsuperet sensim, pereatque cadendo ;  
 Sic veniunt, abeunt, divinæ murmura vocis.  
 At Dea procumbens lacrymis diffudit obortis  
 Grande capillitium, posuitque in pulvere frontem,

70

A soft and silken mat for Saturn's feet.

One moon, with alteration slow, had shed  
 Her silver seasons four upon the night,  
 And still these two were postured motionless,  
 Like natural sculpture in cathedral cavern ;  
 The frozen God still couchant on the earth,  
 And the sad Goddess weeping at his feet :  
 Until at length old Saturn lifted up  
 His faded eyes, and saw his kingdom gone, 90  
 And all the gloom and sorrow of the place,  
 And that fair kneeling Goddess ; and then spake  
 As with a palsied tongue, and while his beard  
 Shook horrid with such aspen-malady.

“ O tender spouse of gold Hyperion,  
 Thea, I feel thee ere I see thy face ;  
 Look up, and let me see our doom in it ;  
 Look up, and tell me if this feeble shape  
 Is Saturn's ; tell me, if thou hear'st the voice  
 Of Saturn ; tell me, if this wrinkling brow, 100  
 Naked and bare of its great diadem,  
 Peers like the front of Saturn. Who had power  
 To make me desolate ? whence came the strength ?  
 How was it nurtured to such bursting forth,

Mollia subjiciens Saturni stragula plantis.

Et jam nocte vices argentea Luna quaternas  
 Verterat : illi ambo fixa statione manebant,  
 Ut nativa rigent laqueatis signa cavernis ;  
 Ille obstipus humo, prona hæc, fletuque soluta.  
 Tandem marcentes oculos Saturnus ad auras  
 Sustulit, amissos et in æthere novit honores,  
 Funestumque locum, tenebrasque, ipsamque jacentem.  
 Tum fracti morbo gemitus, et balba loquela ;  
 Barbaque populeæ ceu frons tremit horrida sylvæ. 80

*Te Thea, O dulcis conjux Hyperionis aurei,  
 Te necdum visam sensi tamen ; at tua tollas  
 Ora precor, liceatque mihi mea cernere fata.  
 Suspice, et hanc acie tenuem scrutare figuram :  
 Hæccine Saturni facies? En! excipe verba:  
 Hæccine Saturni vox est? hæcce aspera rugis  
 Frons nuda, et celsi pridem diadematis expers,  
 Eminent ut regalis apex? Cuinam illa potestas  
 In mea regna datur? jus unde valentius exit?  
 Unde repens tantas rapuit violentia vires,*



While fate seem'd strangled in my nervous grasp?  
 But it is so; and I am smother'd up,  
 And buried from all god-like exercise  
 Of influence benign on planets pale,  
 Of admonitions to the winds and seas,  
 Of peaceful sway above man's harvesting, 110  
 Of all those acts which Deity supreme  
 Doth ease its heart of love in. I am gone  
 Away from my own bosom; I have left  
 My strong identity, my real self,  
 Somewhere between the throne, and where I sit  
 Here on this spot of earth. Search, Thea, search  
 Open thine eyes eterne, and sphere them round  
 Upon all space; space starr'd, and lorn of light;  
 Space region'd with life-air, and barren void;  
 Spaces of fire, and all the yawn of hell. 120  
 Search, Thea, search! and tell me if thou seest  
 A certain shape or shadow, making way  
 With wings or chariot fierce, to repossess  
 A heaven he lost erewhile: it must, it must  
 Be of ripe progress: Saturn must be king!  
 Yes, there must be a golden victory;  
 There must be gods thrown down, and trumpets blown

*Dum forti mea fata manu strinxisse putabam?  
 Vincimur! ipse meis adeo in conatibus angor,  
 Semisepulta dolens effeto numina nisu.  
 Nec jam equidem molli pallentia sidera motu,  
 Nec ventos æstusque cio; mortalia nec jam  
 Pensa libens recolo, aut pacem sincerus adoro.  
 Scilicet is Superis amor est, ea cælipotentes  
 Cura juvat. Mea me studia, en! meque ipse reliqui;  
 Inter et amissas arces, terramque receptam,  
 Fluctuat id quod eram. Tu sedula quære profecto, 100  
 Æternosque oculos spatium circumfer in omne;  
 Quæ sata sideribus loca sunt, quæ lucis egena,  
 Aere quod pollet vegeto, quod inane pigrumque est,  
 Flammarumque plagas, et totum Ditis hiatum.*

*Tu rimare oculis, dic et, si cernere possis  
 Umbram aliquam, Divi speciem florentis, an alis  
 Seu curru residens superas grassetur ad auras?  
 Venerit, imperiumque suum Saturnus habebit!  
 Venerit, et picto Victoria plaudet in auro!  
 Magna Deum, fas est, procumbent numina, clangent 110*

Of triumph calm, and hymns of festival  
 Upon the gold clouds metropolitan,  
 Voices of soft proclaim, and silver stir 130  
 Of strings in hollow shells ; and there shall be  
 Beautiful things made new, for the surprise  
 Of the sky-children : I will give command.  
 Thea, Thea, Thea, where is Saturn ?”

    This passion lifted him upon his feet,  
 And made his hands to struggle in the air,  
 His Druid locks to shake and ooze with sweat,  
 His eyes to fever out, his voice to cease.  
 He stood and heard not Thea's sobbing deep ;  
 A little time, and then again he snatch'd 140  
 Utterance thus : “ But cannot I create ?  
 Cannot I form ? cannot I fashion forth  
 Another world, another universe,  
 To overbear and crumble this to nought ?  
 Where is another Chaos ? where ?” That word  
 Found way unto Olympus, and made quake  
 The rebel Three. Thea was startled up,  
 And in her bearing was a sort of hope,  
 And thus she quick-voiced spake, yet full of awe,  
 “ This cheers our fallen house : come to our friends, 150

*Æra tubæ, festoque die pæanes, et hymnis  
 Aurea purpurei resonabit regia cæli.  
 Tum liquidæ fundi voces, argentea conchis  
 Stridere fila cavis ; et res pulchræque novæque  
 Mollia cælicolum percillant corda jubebo.  
 Dic ubinam Saturnus abest, dic, sancta Dearum !*

Hic furor excitum pedibus consurgere Regem  
 Fecit, et incassum lentos torquere lacertos.  
 Turbida canities sudat, cava febre coruscant  
 Lumina : jamque tacet ; nec sic capit aure tremores, 120  
 Singultusque Deæ luctum sub corde prementis.  
 Mox iterum vocem citus arripit :

*At mihi fas sit*

*Congeriam formare novam, mundumque creare,  
 Rursus et hanc rerum superare et frangere summam.  
 En ! aliud mihi redde Chaos. Chaos illud Olympum  
 Rupit, Tresque duces percussit voce rebelles.  
 Spe confusa nova dictum Dea rettulit amens :*

*Hoc est quod lapsos recreet ; Saturne venito :*

O Saturn, come away, and give them heart ;  
 I know the covert, for thence came I hither.”  
 Thus brief ; then with beseeching eyes she went  
 With backward footing through the shade a space :  
 He follow'd, and she turned to lead the way  
 Through aged boughs, that yielded like the mist  
 Which eagles cleave, upmounting from their nest.

Meanwhile in other realms big tears were shed,  
 More sorrow like to this, and such like woe,  
 Too huge for mortal tongue, or pen of scribe. 160  
 The Titans fierce, self-hid or prison-bound,  
 Groan'd for the old allegiance once more,  
 And listen'd in sharp pain for Saturn's voice.  
 But one of the whole mammoth-brood still kept  
 His sovereignty and rule and majesty.  
 Blazing Hyperion on his orb'd fire  
 Still sate, still snuff'd the incense, teeming up  
 From man to the sun's God, yet unsecure :  
 For as among us mortals omens drear  
 Fright and perplex, so also shudder'd he ; 170  
 Not at dog's howl, or gloom-bird's hated screech,  
 Or the familiar visiting of one  
 Upon the first toll of the passing-bell,

*Hinc abeas, comitesque tuos dux ipse juvato :*

*Nota mihi quæ lustra colunt ; teque inde petebam.*

130

Hæc paucis : tum paulum oculos obfixa procaces

Vadere Diva retro, donec sequeretur euntem ;

Qua via per sylvam, ramis cedentibus ultro,

Ut cedunt aquilis suprema petentibus auræ.

Interea similes aliis in partibus iræ,

Ingentesque genis lacrymæ, mœrorque, metusque,

Nec scriptu facilis, nec dictu effabilis ulli.

Nam Jove Terrigenæ fusi, seu carcere rudunt

Inclusi, seu sponte latent, sua perdita jura

Suspirant, vocemque Dei optavere dolentes.

140

Sed regnabat adhuc, solus de stirpe gigantum,

Fulgidus insistens Hyperion igne globato ;

Gavisus titulis, atque aëra thuris odorans,

Quo genus humanum veneratur luciparentem ;

Nec tamen intrepidus : nam quas mortalibus ægris

Horrida præcipiunt ferales omina curas,

Non alias toto persensit pectore Titan.

Non illum gemitusque canum, stridorque volucrum,

Et conclamato noti de corpore Manes

Or prophesyings of the midnight lamp ;  
But horrors, portion'd to a giant's nerve,  
Oft made Hyperion ache. His palace bright  
Bastion'd with pyramids of glowing gold,  
And touch'd with shade of bronzed obelisks,  
Glared a blood-red through all its thousand courts,  
Arches and domes, and fiery galleries : 180  
And all its curtains of Aurorian clouds  
Flush'd angrily : while sometimes eagles' wings,  
Unseen before by Gods or wondering men,  
Darken'd the place ; and neighing steeds were heard,  
Not heard before by Gods or wondering men.  
Also when he would taste the spicy wreaths  
Of incense, breathed aloft from sacred hills,  
Instead of sweets his ample palate took  
Savour of poisonous brass, and metal sick.  
And so, when harbour'd in the sleepy west, 190  
After the full completion of fair day,  
For rest divine upon exalted couch,  
And slumber in the arms of melody,  
He paced away the pleasant hours of ease  
With stride colossal on from hall to hall ;  
While far within each aisle and deep recess

Terruerant, et nocturni præsagia lychni ; 150  
 At Superum auguria, et species pro Numine diræ,  
 Concussere Deum. Quoniam penetrale coruscum,  
 Aurea pyramidum fultum strue, quo super umbram  
 Suscitatur exilem squalens obeliscus in ære,  
 Sanguineum quassare jubar ; thalamique, tholique,  
 Atria mille domus, et cincta cavædia flammis :  
 Omniaque Eois prætexta crepuscula portis  
 Inquinat ira rubens : aquilarum et cominus alis,  
 Semper inaspectum Dis et mortalibus omen,  
 Jam locus umbrari, jam flare hinnitus equorum, 160  
 Non prius auditum Dis et mortalibus omen.  
 Quinetiam thuris cum blanda volumina vellet  
 Adbibere, in sacris alte spirantia clivis,  
 Non dulces olim succos, sed tetra venena  
 Scilicet, et magno fremuit trahere æra palato.  
 Ille igitur, postquam tranquillæ limina noctis  
 Attigerat, pulcrumque diem subduxerat orbi ;—  
 Ille alias sponda componi sœtus in alta,  
 Et sancto melicas voces circumdare somno ;—  
 Nunc, ut erat, resides ultro spatiat in horas, 170  
 Ampla pedum toto posuit vestigia templo.  
 At procul aligeri claustris, perque arcta domorum



His winged minions in close clusters stood,  
Amazed and full of fear ; like anxious men,  
Who on wide plains gather in panting troops,  
When earthquakes jar their battlements and towers. 200

Even now, while Saturn, roused from icy trance,  
Went step for step with Thea through the woods,  
Hyperion, leaving twilight in the rear,  
Came slope upon the threshold of the west :  
Then, as was wont, his palace-doors flew ope  
In smoothed silence, save what solemn tubes  
Blown by the serious Zephyrs gave of sweet  
And wandering sounds, slow-breathed melodies :  
And like a rose in vermeil tint and shape,  
In fragrance soft and coolness to the eye, 210  
That inlet to severe magnificence  
Stood full-blown, for the God to enter in.

He enter'd, but he enter'd full of wrath ;  
His flaming robes stream'd out beyond his heels,  
And gave a roar, as if of earthly fire,  
That scared away the meek ethereal Hours,  
And made their dove-wings tremble. On he flared,  
From stately nave to nave, from vault to vault,  
Through bowers of fragrant and inwreathed light,

Condere se famuli, et confertas cogere turbas,  
 Attoniti, plenique metu; nec secius horrent  
 Agmina anhela virum latis coëuntia campis,  
 Cum tellus tremit, et celsis quatit oppida muris.

Jamque, ubi Saturnus, gelido torpore solutus,  
 Per sylvam urgebat Theæ latus, ipse relictis  
 Post tergum tenebris Hyperionis igneus ardor  
 Perculit occiduum non recto sidere limen. 180

Ut solitum, lævi dissultant cardine valvæ:  
 Cuncta silent, nisi quos anima modulante severi  
 Inflavere tubos Zephyri, tenerumque per auras  
 Ingeminat melos, et longo loca murmure complet.  
 Illa rosæ similis forma miniique rubore,  
 Dulcibus et ventis, et frigore porta recenti,  
 Explicuit florem, Dominoque effusa patebat,  
 Jamjam ingressuro sancti penetralia fastus.

At Deus ingrediens animosa efferbuit ira;  
 Flagrat pone fluens a calcibus incita vestis 190  
 Mugitu, qualem terrenus concipit ignis;  
 Quo mites fugere Horæ, plumisque palumbes  
 Contremuere Deæ. Ruit ille ardetque ruendo,  
 Sublimes rapiens aulas, thalamosque pererrans;  
 Quaque intexta vagas fragrant laquearia luces,

And diamond-paved, lustrous, long arcades, 220  
 Until he reached the great main cupola.  
 There standing fierce beneath, he stamp'd his foot,  
 And from the basements deep to the high towers  
 Jarr'd his own golden region : and before  
 The quavering thunder thereupon had ceased,  
 His voice leapt out, despite of godlike curb,  
 To this result : "O dreams of day and night !  
 O monstrous forms, O effigies of pain !  
 O spectres busy in a cold, cold gloom !  
 O lank-ear'd phantoms of black-weeded pools ! 230  
 Why do I know ye ? why have I seen ye ? why  
 Is my eternal essence thus distraught,  
 To see and to behold these horrors new ?  
 Saturn is fallen, am I too to fall ?  
 Am I to leave this haven of my rest,  
 This cradle of my glory, this soft clime,  
 This calm luxuriance of blissful light,  
 These crystalline pavilions, and pure fanes  
 Of all my lucent Empire ? It is left  
 Deserted, void, nor any haunt of mine. 240  
 The blaze, the splendour, and the symmetry,  
 I cannot see, but darkness, death and darkness.

Quaque jacent variis sola longa nitentia crustis.  
 Sic medias adiit celsæ testudinis ædes :  
 Substitit hic, pepulitque pedem, qua funditus omnis  
 Vi vibrat Labyrinthus, et aurea regna resultant.  
 Nec prius iste sonor periit, quam frena prementis 200  
 Depulit, exsiluitque Dei vox talis ab ore.

*Quæ mihi sæva die, quæ somnia cognita nocte,  
 Quam diræ facies, fetæque doloribus umbræ!  
 Et colluētantes gelida in caligine larvæ,  
 Auribus et macris ulvæ simulacra palustris!  
 Heu! quianam vidi, quianam hæc præsentia novi?  
 Ecquid ego, immenso vitæ vigor igneus ætu,  
 Rimor inassuetas species, adigorque tueri?  
 Saturnus pridem cecidit; nunc ipse jacebo?  
 Hæcce abolenda quies? hæc incunabula nostri 210  
 Numinis, et luxus? hic illustrissimus ær?  
 Duētaque crystallo conopia, puraque fana  
 Lucentis regni? quod nunc marcentibus auris  
 Desertum vacuumque jacet, mea nulla voluptas:  
 Nec jubar hoc, lautumque diem, formæque decorem,  
 Sed tenebras cerno, mortem tenebrasque pavesco.*

Even here, into my centre of repose,  
 The shady visions come to domineer,  
 Insult and blind, and stifle up my pomp.  
 Fall! no, by Tellus and her briny robes!  
 Over the fiery frontier of my realms  
 I will advance a terrible right arm  
 Shall scare that infant Thunderer, rebel Jove,  
 And bid old Saturn take his throne again." 250

He spake and ceased, the while a heavier threat  
 Held struggle with his throat, but came not forth:  
 For as in theatres of crowded men  
 Hubbub increases more they call out "Hush!"  
 So at Hyperion's words the phantoms pale  
 Bestirr'd themselves, thrice horrible and cold;  
 And from the mirror'd level where he stood  
 A mist arose, as from a scummy marsh.  
 At this through all his bulk an agony  
 Crept gradual, from the feet unto the crown, 260  
 Like a lithe serpent vast and muscular,  
 Making slow way, with head and neck convuls'd  
 With over-strained might. Releas'd he fled  
 To the eastern gates, and full six dewy hours  
 Before the dawn in season due should blush,

*Scilicet his Umbræ thalamis, hoc regna capessunt  
 Limine, et exstinguunt fastus, et inania rident  
 Gaudia, meque meis etiam in penetralibus angunt!  
 Hæcce feram? jaceamne? per O tua numina juro, 220  
 Omniparens Tellus, salsa circumflua veste!  
 Ipse meos fines superans et flammea claustra,  
 Terribilem hanc dextram puero, proh fata! Tonanti  
 Intendam, vetulumque sua mox arce reponam!*

Dixit et obticuit, volvens graviora minarum  
 Murmura, et in clauso nitentes gutture questus.  
 Namque, ut clamosis hominum quandoque theatris  
 Æstuat increpitum vulgus, turbæque resistunt;  
 Sic Ducis ad voces agitari pallida crudo  
 Spectra gelu; nitidaque soli in compage vapores 230  
 Surgere, ceu fœdis efflata paludibus aura.  
 Tum sensim a pedibus totos sacer horror in artus  
 Diditur, ut lentis irrepens flexibus anguis  
 Colla caputque teres nimio luctamine torquet.  
 Mox vincla exutus portas invasit Eoas.  
 Illic, ante dies quam tempestiva ruberet,  
 Senas præripiens horas, fervente soporas

He breathed fierce breath against the sleepy portals,  
 Cleared them of heavy vapours, burst them wide  
 Suddenly on the ocean's chilly streams.

The planet-orb of fire whereon he rode  
 Each day from east to west the heavens through, 270  
 Spun round in sable curtaining of clouds;  
 Not therefore veiled quite, blindfold and hid;  
 But ever and anon the glancing spheres,  
 Circles and arcs, and broad-belting colure,  
 Glow'd through, and wrought upon the muffling dark  
 Sweet-shaped lightnings from the nadir deep  
 Up to the zenith; hieroglyphics old,  
 Which sages and keen-eyed astrologers  
 Then living on the earth, with labouring thought  
 Won from the gaze of many centuries: 280  
 Now lost, save what we find on remnants huge  
 Of stone or marble swart; their import gone,  
 Their wisdom long since fled. Two wings this orb  
 Possess'd for glory, two fair argent wings,  
 Ever exalted at the God's approach:  
 And now from forth the gloom their plumes immense  
 Rose, one by one, till all outspread were;  
 While still the dazzling globe maintain'd eclipse,

Impulit ipse fores anima, nimbisque fugatis  
Protinus ad gelidos patefecit Tethyos amnes.

Flammigerum sed enim, quo se Deus invehit astrum 240  
Mane recens, currum meta molitus utraque,  
Vertitur occlusum nebulis. Nec semper in atra  
Nube latet; jam jamque micat: sic candidus axis  
Interdum, atque arcus, et lati zona coluri  
Perlucent, tenebrisque tenerrima fulgura toto  
Inscripsere polo. Nec inobservata vetusti  
Signa Deum stupuere patres, Chaldæaque raptim  
Defixit placida sapientia pervigil arce.  
Sic quæsitæ diu species apparuit orbis:  
Mox periere notæ; nisi si quæ enormibus olim 250  
Reliquiis lapidum deprensæ, et marmore fusco;  
Mens quibus interiit, nec quid docuere repertum est.

Ille globus geminas argentei luminis alas,  
Grande decus, Domini adventu jactare solebat;  
Quæ nunc e tenebris, magnarum horrore comarum  
Sensim ostenduntur, dum fulgentissimus orbis  
Nube laborat adhuc, jussuque expectat herile.



Awaiting for Hyperion's command.

Fain would he have commanded, fain took throne, 290

And bid the day begin, if but for change.

He might not ; no, though a primeval God :

The sacred seasons might not be disturb'd.

Therefore the operations of the dawn

Stay'd in their birth, even as here 'tis told.

Those silver wings expanded sisterly,

Eager to sail their orb ; the porches wide

Open'd upon the dusk demesnes of the night ;

And the bright Titan, frenzied with new woes,

Unused to bend, by hard compulsion bent 300

His spirit to the sorrow of the time :

And all along a dismal rack of clouds,

Upon the boundaries of day and night,

He stretch'd himself in grief and radiance faint.

There, as he lay, the Heaven with its stars

Look'd down on him with pity, and the voice

Of Coelus, from the universal space,

Thus whisper'd low and solemn in his ear.

“O brightest of my children dear, earth-born

And sky-engender'd, Son of mysteries 310

All unrevealed even to the Powers

Vellet et ipse Deus jussum dare, vellet in alto  
 Sistere jam solio, si qua vice tædia rumpat,  
 Cessantemque ciere diem; sed fata vetabant 260  
 Quamvis de Superum primævo semine cretum;  
 Nec tempestates sacras fas vertere cuiquam.  
 Quare etiam, ut dictum est, numeris stata tempora plenis  
 Pertulit, et nasci lux imperfecta negavit.

Interea plausu pennæ gestire gemellæ  
 Æthere ferre globum. Tum latis ostia portis  
 Noctis ad imperium furvæ panduntur. At ille,  
 Insuetus flecti, vi nunc inflexus iniqua,  
 Compositum mœstis animum ad præsentia finxit.  
 Sic procul extremis tenebrarum et lucis in oris 270  
 Porrectus fœdo nimborum limite repsit,  
 Imbelles stillans radios: Polus omnibus astris  
 Despexit miserans, dum mundi Cælus ab arce  
 Increpitat, tenues et succinit aure querelas.

*O nimium dilectæ patri, flos ille meorum,  
 Conceptus terræ, satio clarissima cæli,  
 Arcani genitura sacri, quod nempe neque ipsi*

Which met at thy creating! at whose joys  
 And palpitations sweet and pleasures soft,  
 I Cœlus wonder how they came and whence;  
 And at the fruits thereof what shapes they be,  
 Distinct and visible; symbols divine,  
 Manifestations of that beauteous life  
 Diffused unseen throughout eternal space;  
 Of these new-form'd art thou, O brightest child!  
 Of these thy brethren and the goddesses. 320  
 There is sad feud among ye, and rebellion  
 Of son against his sire. I saw him fall,  
 I saw my first-born tumbled from his throne!  
 To me his arms were spread, to me his voice  
 Found way from forth the thunders round his head!  
 Pale wox I, and in vapours hid my face.  
 Art thou, too, near such doom? vague fear there is:  
 For I have seen my sons most unlike Gods.  
 Divine ye were created, and divine  
 In sad demeanour, solemn, undisturb'd, 330  
 Unruffled, like high Gods, ye lived and ruled:  
 Now I behold in you fear, hope, and wrath;  
 Actions of rage and passion; even as  
 I see them in the mortal world beneath,

*Norunt, conjugio qui te finxere, Potentes ;  
 Quorum egomet dulces æstus, et gaudia blanda  
 Attonitus reputo ; qua sint ab origine mirans ;* 280  
*Quale puerperium ; quæ mox sub luce figuræ  
 Prodierint :—nosco tandem immortalia signa ;  
 Nosco equidem hæc pulchræ cæca exemplaria vitæ,  
 Ipsa per æternum reparando dissita mundum :—  
 Hinc genus, O formose, tuum est ; hinc numina nostri,  
 Dique, Deæque poli. Quæ vos discordia vexat ?  
 Quæ natis odia ista patrum ? Vidi ipse cadentem  
 Primigenum, summo detrusum vertice vidi :  
 Ad me diffudit sua brachia turbidus, ad me  
 Invenere viam media inter fulmina voces.* 290  
*Expallescebam scelus, et sub nube refugi.  
 An par intendit tibi sors quoque ? jam metus anceps ;  
 Nam neque Dis similes vidi facere omnia natos.  
 At vos divinum semen, divinaque vobis  
 Proderat augustos instincta potentia mores,  
 Mæstitiamque Deum, majestatemque repostam.  
 Nunc vestros animos timor et spes urget, et iræ ;  
 Fervet opus : nunc cura pati, nunc ardor agendi :  
 Qui nempe in terris homines, mortalia corda,*

In men who die. This is the grief, O Son!  
Sad sign of ruin, sudden dismay and fall!  
Yet do thou strive; as thou art capable,  
As thou canst move about, an evident God,  
And canst oppose to each malignant hour  
Ethereal presence. I am but a voice; 340  
My life is but the life of winds and tides;  
No more than winds and tides can I avail:  
But thou canst. Be thou therefore in the van  
Of circumstance; yea, seize the arrow's barb  
Before the tense string murmur. To the Earth!  
For there thou wilt find Saturn and his woes.  
Meantime I will keep watch on thy bright sun,  
And of thy seasons be a careful nurse."

Ere half this region-whisper had come down  
Hyperion arose, and on the stars 350  
Lifted his curved lids, and kept them wide  
Until it ceased; and still he kept them wide,  
And still they were the same bright patient stars.  
Then with a slow incline of his broad breast,  
Like to a diver in the pearly seas,  
Forward he stoop'd over the airy shore,  
And plunged all noiseless into the deep night.

*Tangit habetque labor. Quod denique conqueror hoc est; 300*  
*Hæc cladis mihi signa, metus, subitæque ruinæ.*  
*Tu luclare tamen: nam tu procedere contra,*  
*Bellarique potes, manifestum Numen, in omni*  
*Æthere; tu præsens horam infregisse malignam.*  
*Ast ego vox solum: mea vis, ut ventus et æstus,*  
*Fluctuat huc illuc, nec vento major et æstu.*  
*Tu majora potes: tu tristia præripe fata,*  
*Adductæque aciem pernix age prende sagittæ.*  
*I pete tu terram, qua nunc Saturnus oberrat*  
*Multa gemens. Mihi sit clari custodia solis 310*  
*Interea, blandeque fovens tua tempora sistam.*

Vix bene cæligeni devenerat aura susurri,  
 Sustulit os Titan, oculosque tetendit in astra  
 Intrepidus, dum verba crepant; etiamque tetendit,  
 Astra tuens, placidi durantia lumina mundi.  
 Tum lati sensim curvans sinuamina dorsi,  
 Qualis gemmiferas pelagi scrutator ad undas,  
 Vergitur in præceps: sic litore lapsus aprico  
 In caligantem surdo ruit impete noctem.





*BOOK II.*







*BOOK THE SECOND.*

**H**UST at the self-same beat of Time's wide wings  
Hyperion slid into the rustled air,  
And Saturn gain'd with Thea that sad place  
Where Cybele and the bruis'd Titans mourn'd.  
It was a den where no insulting light  
Could glimmer on their tears; where their own groans  
They felt, but heard not, for the solid roar  
Of thunderous waterfalls and torrents hoarse,  
Pouring a constant bulk, uncertain where.  
Crag jutting forth to crag, and rocks that seem'd      10  
Ever as if just rising from a sleep,  
Forehead to forehead held their monstrous horns ;



*LIB. II.*

**N**ON alio alarum fugitivi Temporis ictu  
Sic leviter motis Hyperion incidit auris,  
Et Thea duce Saturnus loca tristia venit,  
Qua cum contusis doluit Titanibus exspes  
Magna Deum Genetrix. Illo lux nulla sub antro  
Insultat lacrymis; gemitus sentire videntur,  
Non audire suos; tanto stridore refusi  
Intonuere amnes, et præcipites cataraçtæ,  
Non aspectarum jaculantes pondus aquarum.  
Rupibus hic rupes, et acutis obvia saxis  
Saxa, velut longo jam tum surgentia somno,  
Frontibus adversis immania cornua tendunt;

And thus in thousand hugest phantasies  
 Made a fit roofing to this nest of woe.  
 Instead of thrones hard flint they sate upon,  
 Couches of rugged stone, and slaty ridge  
 Stubborn'd with iron. All were not assembled:  
 Some chain'd in torture, and some wandering.  
 Cæus, and Gyges, and Briareüs,  
 Typhon, and Dolor, and Porphyryon, 20  
 With many more, the brawniest in assault,  
 Were pent in regions of laborious breath;  
 Dungeon'd in opaque element to keep  
 Their clenched teeth still clench'd, and all their limbs  
 Lock'd up in veins of metal, cramp'd and screw'd;  
 Without a motion, save of their big hearts  
 Heaving in pain, and horribly convuls'd  
 With sanguine, feverous, boiling gurge of pulse.  
 Mnemosyne was straying in the world;  
 Far from her moon had Phoebe wandered; 30  
 And many else were free to roam abroad;  
 But for the main here found they covert drear.  
 Scarce images of life, one here, one there,  
 Lay vast and edgeways; like a dismal cirque  
 Of Druid stones, upon a forlorn moor,

Atque ita terrificis monstrorum mille figuris  
 Obducunt digno tetra hæc cunabula tecto.  
 Pro soliis miseri silicem insedere, torosque  
 Muricibus structos, ferroque adamanta ligatum.  
 Non omnes aderant: alios fera vincla tenebant,  
 Diffugere alii: sed anhelis faucibus illic  
 Cum Cæo Antæus, Briareusque, audaxque Typhoëus,  
 Porphyrionque, Gyasque, et quorum acerrima virtus, 20  
 Volvebant densum compressis aëra labris.  
 Illic et crassa rerum compage coacti  
 Obfirmant dentes, et mollia membra rigescunt,  
 Constrictæ ut duro riguerunt marmore massæ:  
 Nec motus nisi cordis erat, quod semper iniquus  
 Contorquere labor, tumidusque impellere sanguis.  
 Mnemosyne terris errabat, et aurea longe  
 Palabunda suo Phœbe discesserat orbe;  
 Atque aliis præsumpta fugæ via; dira sed ambit  
 Hoc plerosque cavo feralibus umbra latebris. 30  
 Vix vivæ effigies rari vastique jacebant  
 In latus; ut tristi juga per deserta corona  
 Saxa jacent Druidum, cum conditur imbre Novembris

When the chill rain begins at shut of eve  
In dull November, and their chancel-vault,  
The heaven itself, is blinded throughout night.  
Each one kept shroud, nor to his neighbour gave  
Or word, or look, or action of despair. 40  
Creüs was one; his ponderous iron mace  
Lay by him, and a shatter'd rib of rock  
Told of his rage, ere he thus sank and pined.  
Iapetus another; in his grasp  
A serpent's plashy neck; its barbed tongue  
Squeezed from the gorge, and all its uncurl'd length  
Dead; and because the creature could not spit  
Its poison in the eyes of conquering Jove.  
Next Cottus: prone he lay, chin uppermost,  
As though in pain; for still upon the flint 50  
He ground severe his skull, with open mouth  
And eyes at horrid working. Nearest him  
Asia, born of most enormous Caf,  
Who cost her mother Tellus keener pangs,  
Though feminine, than any of her sons:  
More thought than woe was in her dusky face,  
For she was prophesying of her glory;  
And in her wide imagination stood

Mœsta dies, spissique super laquearia cæli  
Tota nocte latent: sic intermortuus omnis  
Spemque metumque suis reticet, fruiturque sepulcro.

In numero jacuit Creus, cui pondera ferri  
Clava manum subiit, et rupis costa revulsæ,  
Vim testata Dei, rabiemque in fine furentis.  
Nec minor Iapetus digitis undosa draconis  
Colla tenet; bifidæ compresso gutture linguæ  
Tela jacent, tractuque ingens extenditur anguis  
Mortuus; idque Jovem quod nullo afflare veneno  
Bestia, victoresque oculos exstinguere posset.  
Proximus huic Cottus, qui strato corpore mentum  
Erigit; ipse dolor saxis illidere calvam  
Fecit, et ora fero torquere et lumina nisu.  
En! Asiam, Imai sobolem, quæ maxima matrem  
Tellurem partu plusquam mare femina fregit.  
Illi autem fusco species meditantis in ore,  
Non mœrentis erat; quæ nempe instantia fata,  
Et jam promissos secum volvebat honores.  
Magnæ mentis opus palmis florentia templa,

40

50

Palm-shaded temples, and high rival fanes  
By Oxus, or in Ganges' sacred isles. 60  
Even as Hope upon her anchor leans,  
So leant she, not so fair, upon a tusk  
Shed from the broadest of her elephants.  
Above her, on a crag's uneasy shelf,  
Upon his elbow rais'd, all prostrate else,  
Shadow'd Enceladus; once tame and mild,  
As grazing ox unworried in the meads;  
Now tiger-passion'd, lion-thoughted, wroth,  
He meditated, plotted, and even now  
Was hurling mountains in that second war, 70  
Not long delay'd, that scared the younger Gods  
To hide themselves in forms of beast and bird.  
Not far hence Atlas; and beside him prone  
Phorcus, the sire of Gorgons. Neighbour'd close  
Oceanus, and Tethys, in whose lap  
Sobb'd Clymene among her tangled hair.  
In midst of all lay Themis, at the feet  
Of Ops the queen all clouded round from sight;  
No shape distinguishable, more than when

Fanaque per populos pollentibus æmula sacris  
 Præsagire animo; seu quæ celer alluit Oxus,  
 Aut lustrata Deis sancto capit insula Gange.  
 Ut Spes, candidior licet hæc, innititur unco,  
 Sic Asiæ submitit ebur latissima regni  
 Bellua. Jamque super, tabulato rupis in arcto,  
 Enceladus, cubito suspensus, cetera pronus, 60  
 Visus adumbrari; quo non bos mitior ante,  
 Pastus in herbosis nullo irritamine campis;  
 Nunc rabie tigrim spirans, animoque leonem,  
 Dira minans meditansque, etiam tum mente tremendos  
 Jaçtabat montes, belli instrumenta futuri.  
 Namque erat in fatis, breve tempus, et altera bella  
 Surgere, quæ juvenes agitent toto æthere Divos,  
 Ut latuisse velint formis volucrum atque ferarum.  
 Huic vicinus Atlas, laterique acclinis Atlantis  
 Phorcus, Gorgoneæ turbæ pater; Oceanusque, 70  
 Undarum dominus quondam, et cum conjuge Tethys;  
 In cujus gremio singultiit inter opacas  
 Fusa comas Clymene; medium Themis ipsa tenebat,  
 Reginæque pedes servabat in aëre septæ:  
 Hæc autem obtutus evanida fallit, ut atra



Thick night confounds the pine-tops with the clouds: 80  
And many else, whose names may not be told.  
For when the Muse's wings are air-ward spread,  
Who shall delay her flight? And she must chant  
Of Saturn and his guide, who now had climb'd  
With damp and slippery footing from a depth  
More horrid still. Above a sombre cliff  
Their heads appear'd, and up their stature grew,  
Till on the level height their steps found ease.  
Then Thea spread abroad her trembling arms  
Upon the precincts of this nest of pain, 90  
And sidelong fixed her eye on Saturn's face:  
There saw she direst strife; the supreme God  
At war with all the frailty of grief,  
Of rage, of fear, anxiety, revenge,  
Remorse, spleen, hope, but most of all despair.  
Against these plagues he strove in vain; for Fate  
Had pour'd a mortal oil upon his head,  
A disanointing poison: so that Thea,  
Affrighted, kept her still, and let him pass  
First onwards in, among the fallen tribe. 100

As with us mortal men, the laden heart

Nox ubi confundit summas caligine pinus.  
Atque alii, quorum stat nomina magna tacere :  
Nam, cum Musa suas expandit ad æthera pennas,  
Ecquis iter sistat? Juvat ire, et plangere cantu  
Cum duce Saturnum, qui nunc per lubrica lapsi 80  
Horridiore procul fundo evasere, caputque  
Ostendere super nigrantis culmina clivi;  
Tum sursum evecti crevere, ingentia donec  
Inveniunt summo vestigia monte levamen.  
At Thea infirmos dextra lævaque lacertos  
Sede super luctus extrema in caute tetendit;  
Et senis obliquo defixit lumine vultum.  
Bellum illic rabiesque; Deum nam maximus ipse  
Ærumnæ dirimens studia imbecilla resistit,  
Irarumque metusque; et quos vindicta furores, 90  
Livoresque mali, desideriumque minatur;  
Et quæ spes rapit arma, et desperata retractat.  
Pugnat et his frustra; namque exitiabile fatum  
Imperiale caput vitiaverat unguine diro.  
Quare fracta metu Dea substitit, atque negavit  
Ire prior, cessitque loco, dominumque secuta est  
Incedentem ultra dejectæ gentis in antro.  
Utque homines inter curis cor fervet onustum

Is persecuted more, and fever'd more,  
 When it is nighing to the mournful house  
 Where other hearts are sick of the same bruise ;  
 So Saturn, as he walk'd into the midst,  
 Felt faint, and would have sunk among the rest,  
 But that he met Enceladus's eye,  
 Whose mightiness, and awe of him, at once  
 Came like an inspiration ; and he shouted,  
 "Titans, behold your God !" at which some groan'd ; 110  
 Some started on their feet ; some also shouted ;  
 Some wept, some wail'd ; all bow'd with reverence :  
 And Ops, uplifting her black folded veil,  
 Show'd her pale cheeks, and all her forehead wan,  
 Her eyebrows thin and jet, and hollow eyes.

There is a roaring in the bleak-grown pines  
 When winter lifts his voice ; there is a noise  
 Among immortals, when a God gives sign,  
 With hushing finger, how he means to load  
 His tongue with the full weight of utterless thought, 120  
 With thunder, and with music, and with pomp :  
 Such noise is like the roar of bleak-grown pines ;  
 Which, when it ceases in this mountain'd world,  
 No other sound succeeds ; but ceasing here,

Tum magis, ægrorum thalamis si forte propinquent,  
 Qua confusa pari languescunt vulnere corda; 100  
 Haud aliter medio se miscens agmine ductor  
 Languit, inque illa resolutus strage labasset,  
 Ni torvo Enceladus fixisset lumine: cujus  
 Majestas, tantique ducis reverentia, mentem  
 Perculit attonitam: jamque ingemit, *Ecce! Gigantes,*  
*Ecce Deum!* Tum pars moesto fremere improba questu,  
 Pars sursum exsultare, atque exclamare furentes;  
 Hi lacrymant, plangunt illi, venerantur at omnes.  
 At Regina nigri tollens velamina pepeli  
 Pallentesque genas, rugasque in fronte retexit, 110  
 Tenue supercilium prodens, oculosque cavatos.

Sunt montanorum fera murmura pinetorum  
 Cum vocem contendit hyems; sunt et sua Divis  
 Sibila cum digito Deus admonet indice quantum  
 Mentis inexpressæ molitur gutture pondus,  
 Quod melos, et fastus, orisque tonitrua necit:  
 Talia montanis sua murmura sunt pinetis;  
 Quæ cum clivosis cessere reciproca terris  
 Non alii subeunt strepitus; sed flebilis echo  
 Inter delapsam siluit cum stridula gentem, 120

Among these fallen, Saturn's voice therefore  
 Grew up, like organ, that begins anew  
 Its strain, when other harmonies, stopt short,  
 Leave the dinn'd air vibrating silverly.

Thus grew it up : "Not in my own sad breast,  
 Which is its own great judge and searcher out, 130  
 Can I find reason why ye should be thus :  
 Not in the legends of the first of days,  
 Studied from that old spirit-leaved book,  
 Which starry Uranus with finger bright  
 Saved from the shores of darkness, when the waves  
 Low-ebb'd still hid it up in shallow gloom ;  
 And the which book ye know I ever kept  
 For my firm-based footstool :—ah, infirm !  
 Not there, nor in sign, symbol, or portent  
 Of element, earth, water, air or fire,— 140  
 At war, or peace, or inter-quarrelling  
 One against one, or two, or three, or all  
 Each several one against the other three,  
 As fire with air loud-warring, when rain-floods  
 Drown both, and press them both against earth's face,  
 Where, finding sulphur, a quadruple wrath  
 Unhinges the poor world;—not in that strife,

Tum vox Saturni late succrescere, quales  
 Organon ingeminat numeros, aliosque sonores  
 Excipit, et teneris quassum rapit aëra chordis.

Sic ea succrevit: *Non ipso in pectore mæsto,  
 Quod iudex sibi nempe suus, quæsitore et idem,  
 Argumenta malis contemplor idonea nostris:  
 Non qui primorum relego præscripta dierum,  
 Arcanis adiens intexta volumina fati;  
 Pollice quæ nitido tenebrarum stellifer oris  
 Uranus eripuit, cum decrescentibus undis  
 Obruit alta tamen reflui caligo profundi:—  
 Illum nempe librum, scitis, subsellia nostris  
 Subjeci pedibus, firmi fulcimina regni;  
 Heu! infirma nimis:—non illis versibus, inquam,  
 Non ego signa tuens portentaque maxima rerum,  
 Aeris, ignis, aquæ, terræque exordia lustrans;  
 Seu bellum pacemve gerant, vicibusque repugnent;  
 Seu quodque adversum furiis internecet hostem,  
 Binaque concurrant binis, aut singula ternis;  
 Ignis ut aere certat, eos dum turbidus imber  
 Ambos mergat, et ad terræ latus applicet una,  
 Sulfure qua tacto quadruplex ira misellum  
 Cardine convellat mundum:—non motibus illis,*

130

140

Wherefrom I take strange lore and read it deep,  
 Can I find reason why ye should be thus :—  
 No, nowhere can unriddle, though I search, 150  
 And pore on Nature's universal scroll  
 Even to swooning, why ye, Divinities,  
 The first-born of all shaped and palpable Gods,  
 Should cower beneath what, in comparison,  
 Is untremendous might? Yet ye are here,  
 O'erwhelm'd, and spurn'd, and batter'd, ye are here!  
 O Titans, shall I say 'Arise!'—Ye groan :  
 Shall I say 'Crouch!'—Ye groan. What can I then?  
 O Heaven wide! O unseen parent dear!  
 What can I? Tell, me, all ye brethren Gods, 160  
 How we can war, how engine our great wrath?  
 O speak your counsel now, for Saturn's ear  
 Is all a-hunger'd. Thou, Oceanus,  
 Ponderest high and deep; and in thy face  
 I see, astonied, that severe content  
 Which comes of thought and musing: give us help!"  
 So ended Saturn; and the God of the Sea,  
 Sophist and sage, from no Athenian grove,  
 But cogitation in his watery shades,  
 Arose with locks not oozy, and began 170

*Queis miram adsumo doctrinam, alteque requiro,  
 Tam miseræ sortis rationem extundere possum.  
 Heu! quianam frustra naturæ exempla retexo,  
 Usque ad deliquium invigilans? nec discere quivi  
 Cur vos, numina magna, Deum vos corpora prima,  
 Vim tremitis vestra non præ virtute tremendam.  
 Vos tamen hic agitis, fusique quiescitis antro; 150  
 Hic agitis, Titanes! An, O consurgite! dicam?  
 Vos gemitis: dicamne, O gens ignava jacete!  
 Ingemitis. Quid dicam adeo? Te maxime cæli  
 Axis, et ipse parens, non visu cognite, posco,  
 Quid dicam? vosque O cognati dicite Divi,  
 Quo pugnare modo, quæ proderit arma movere:  
 Nunc date consilium, nam principis esurit auris.  
 Tu tamen ante omnes; nam tu summa, imaque rerum,  
 Oceane, expendis, vultuque expressa sereno,  
 Quod magis admiror, requies te sancta recepit, 160  
 Quam doctrina sagax et mentis cura paravit:  
 Tu succurre precor! Sic finis facta querelæ est.*

At maris ille Deus, sapiens fandique peritus,  
 Cui non Cecropiæ formarunt pectora sylvæ,  
 Sed fontes, udoque sali meditamina fundo,  
 Surrexit siccis, algæ sine fronde, capillis;



In murmurs which his first endeavouring tongue  
Caught infant-like from the far-foamed sands.

“O ye whom wrath consumes! who passion-stung,  
Writhe at defeat, and nurse your agonies!

Shut up your senses, stifle up your ears,  
My voice is not a bellows unto ire.

Yet listen, ye who will, whilst I bring proof  
How ye, perforce, must be content to stoop:  
And in the proof much comfort will I give,  
If ye will take that comfort in its truth.

180

We fall by course of nature's law, not force  
Of thunder or of Jove. Great Saturn, thou  
Hast sifted well the atom-universe;

But for this reason, that thou art the king,  
And only blind from sheer supremacy,

One avenue was shaded from thine eyes,  
Through which I wander'd to eternal truth.

And first, as thou wast not the first of powers,  
So art thou not the last; it cannot be:

Thou art not the beginning nor the end.

190

From Chaos and primeval Darkness came  
Light, the first fruits of that intestine broil,  
That sullen ferment, which for wondrous ends

Murmura producens quæ, vocum ut sedulus infans,  
Finxit ad auditos spumati litoris ictus.

*Vos O! quos angit rabies, et vulnere diro  
Contorquet clades, et pasta doloribus ira, 170  
Claudite jam sensus, auresque obtundite vestras,  
Spiritus hic istos non follibus efferet ignes.  
Exaudite tamen, si quis vult noscere legem  
Supplicii, ut quemvis flekti et parere necesse est;  
Sic non vana dabo veris solatia dielis,  
Si placet, et certo solatia teste feretis.  
Naturæ imperio ruimus, non fulminis ira,  
Non Jovis. At, Saturne, tibi sunt cognita rerum  
Fœdera, sunt elementa: hæc te via sola fefellit,  
Quæ me perspicuos veri deduxit ad ortus; 180  
Nempe quod ipse regis: cæcat fortuna regentes,  
Majestasque sua præstringitur aurea luce.  
Continuo, quoniam non est tua prima potestas,  
Sic neque per terras erit ultima; non ita fas est:  
Tu neque principium mundi, neque summa, creandi.  
At Chaos et priscae Lucem genuere Tenebræ,  
Primitias rixarum, intestinique laboris,  
Qui secum occulto maturescebat in ævo,*

Was ripening in itself. The ripe hour came,  
 And with it Light, and Light engendering  
 Upon its own producer, forthwith touch'd  
 The whole enormous matter into life.  
 Upon that very hour, our parentage,  
 The Heavens and the Earth were manifest:  
 Then thou first-born, and we the giant race,                   200  
 Found ourselves ruling new and beauteous realms.  
 Now comes the pain of truth, to whom 'tis pain:  
 O folly! for to bear all naked truths,  
 And to envisage circumstance, all calm,  
 This is the top of sovereignty. Mark well!  
 As Heaven and Earth are fairer, fairer far  
 Than Chaos and blank Darkness, though once chiefs;  
 And as we show beyond that Heaven and Earth  
 In form and shape, compact and beautiful,  
 In will, in action free, companionship,                   210  
 And thousand other signs of purer life;  
 So on our heels a fresh perfection treads,  
 A power more strong in beauty, born of us  
 And fated to excel us, as we pass  
 In glory that old Darkness: nor are we  
 Thereby more conquer'd than by us the rule

*Miræ finis opus! Subiit maturior hora,*  
*Attulit et Lucem, quæ mox compressa parente* 190  
*Vivifico totam concussit numine molem.*  
*Tempore non alio nostræ primordia vitæ*  
*Omniparens Cælusque apparuit, almaque Tellus;*  
*Tu quoque primigenus, nos et fetura gigantum,*  
*Sponte novas sedes, pulcrumque capessimus orbem.*  
*Nunc subit iste dolor, si verum audire dolori est:*  
*O stulti! quoniam vera omnia corde fovere,*  
*Eventusque pati, et vultu perferre sereno,*  
*Hoc caput imperii summum est. Advertite, Divi!*  
*Cælus ut et Tellus forma Chaos atque Tenebras* 200  
*Exsuperant, quondam reges; utque agmina nostra*  
*Tellurem Cælumque nova compagine vincunt,*  
*Mente manuque cita, consortis et ordine vitæ,*  
*Et mille indiciis melior natura probatur;*  
*Sic et nostra recens Species vestigia pressat*  
*Moribus et forma præstantior, hos ea fatis*  
*Vincere certa Deos, ut nos quoque vicimus illos.*  
*Nec magis obruimur, quam per nos obruta cessat*

Of shapeless Chaos. Say, doth the dull soil  
Quarrel with the proud forests it hath fed,  
And feedeth still, more comely than itself?  
Can it deny the chiefdom of green groves? 220  
Or shall the tree be envious of the dove  
Because it cooeth, and hath snowy wings  
To wander wherewithal, and find its joys?  
We are such forest-trees, and our fair boughs  
Have bred forth, not pale solitary doves,  
But eagles golden-feather'd, who do tower  
Above us in their beauty, and must reign  
In right thereof: for 'tis the eternal law  
That first in beauty should be first in might:  
Yea, by that law another race may drive 230  
Our conquerors to mourn, as we do now.  
Have ye beheld the young God of the Seas,  
My dispossessor? Have ye seen his face?  
Have ye beheld his chariot, foam'd along  
By noble winged creatures he hath made?  
I saw him on the calmed waters scud,  
With such a glow of beauty in his eyes,  
That it enforced me to bid sad farewell  
To all my empire: farewell sad I took,

*Informis mixtura Chaos. Num languida gleba  
 Dissidet arboribus, quas extulit ipsa, superbis, 210  
 Principiumque negat viridis laudabile sylvæ?  
 Oderit aerias aut invida sylva palumbes,  
 Murmura quod miscent, niveisque sub æthere pennis  
 Quo voluere volant, nativæque gaudia quærunt?  
 Nos sylvæ decus illud, et hæc quæ tendimus alte  
 Brachia pallentes non confovere palumbes,  
 Auricomas sed, credo, aquilas; quæ corpore pulcro  
 Corporibus præstant nostris, et jure decoris  
 Nunc regimen rapiunt: ea lex æterna regendi est,  
 Qui forma superant, superent et viribus iidem. 220  
 Illa lege aliud poterit fortasse Deorum  
 Pellere victores, ut nos jam pellimur, augmen.  
 Dicite io! juvenemne Deum vidistis aquarum?  
 Arcis adeptoremne meæ? vidistis et ora,  
 Et currum alitibus bijugis, quos fecit, ovanem?  
 Ipse serenatum verrentem molliter æquor  
 Aspexi; lætamque adeo vim fronte notavi,  
 Ut visu titulos ejuratumque remisi  
 Protinus imperium: jamque hæc ad limina veni,*

And hither came to see how dolorous fate 240  
 Had wrought upon ye ; and how I might best  
 Give consolation in this woe extreme.  
 Receive the truth, and let it be your balm."

Whether through posed conviction or disdain,  
 They guarded silence, when Oceanus  
 Left murmuring, what deepest thought can tell?  
 But so it was, none answer'd for a space,  
 Save one whom none regarded, Clymene :  
 And yet she answer'd not, only complain'd,  
 With hectic lips, and eyes up-looking mild, 250  
 Thus wording timidly among the fierce :

"O Father, I am here the simplest voice,  
 And all my knowledge is that joy is gone,  
 And this thing woe crept in among our hearts,  
 There to remain for ever, as I fear.  
 I would not bode of evil, if I thought  
 So weak a creature could turn off the help  
 Which by just right should come of mighty Gods ;  
 Yet let me tell my sorrow, let me tell  
 Of what I heard, and how it made me weep, 260  
 And know that we had parted from all hope.  
 I stood upon a shore, a pleasant shore,

*Ut nossem quæ vos agitent crudelia fata,* 230  
*Qualiacunque ferens miseri solatia luctus.*  
*Sumite quod verum est, sit et hæc medicina dolori.*

Continuo,—sed an hoc animus contemptor et ira,  
 An perplexa fides, quæ mens altissima dicat?—  
 Cessante Oceano vocem tenuere parumper.  
 Una tamen, nulli quam respexere suorum,  
 Ausa loqui Clymene; nec dum argumenta referre,  
 Sed tenui stridore queri: quæ torrida febre  
 Labra movens, timidoque attollens lumina vultu,  
 Lenta feros inter stillavit verba tacentes. 240

*Magne pater, cunctarum egomet vanissima vocum;*  
*Nec novi nisi quod perierunt omnia læta,*  
*Et nova res nostris irrepsit mentibus angor,*  
*Qui vereor regno ne semper restet in illo.*  
*At non infaustos accingerer edere questus,*  
*O Superi, magnas si verba infirma putarem*  
*Sistere posse manus: tantum sinite aure quod hausi*  
*Dicere, quæque mihi lacrymas audita movebant,*  
*Ut spes damnarem nostras, consultaque cassa.*  
*Stabam forte procul jucundi in litoris ora,* 250



Where a sweet clime was breathed from a land  
Of fragrance, quietness and trees and flowers.  
Full of calm joys it was, as I of grief;  
Too full of joy and soft delicious warmth;  
So that I felt a movement in my heart  
To chide and to reproach that solitude  
With songs of misery, music of our woes;  
And sate me down, and took a mouthed shell 270  
And murmur'd into it, and made melody—  
O melody no more! for while I sang,  
And with poor skill let pass into the breeze  
The dull shell's echo, from a bowery strand  
Just opposite, and island of the sea,  
There came enchantment with the shifting wind,  
That did both drown and keep alive mine ears.  
I threw my shell away upon the sand,  
And a wave fill'd it, as my sense was fill'd  
With that new blissful golden melody. 280  
A living death was in each gush of sounds,  
Each family of rapturous hurried notes,  
That fell one after one, yet all at once,  
Like pearl-beads dropping sudden from their string:  
And then another, then another strain,

*Suavis ubi ventus nubem spargebat odoram  
 Floribus, ambrosiæque vaga dulcedine sylvæ,  
 Gaudia blanda ferens, mæstæ contraria menti;  
 O quam blanda nimis, mollique calentia flamma!  
 Non tulit ipse dolor: tum litora sola disertis  
 Luclibus, et nostra volui vexare querela;  
 Jamque solo recubans labiosam sumere concham,  
 Et mussare premens, melos et solenne ciere.  
 Non posthac melos illud erit; nam debile testæ  
 Murmur, et arte rudes modulator dum languida questus, 260  
 Litore ab adverso, qua prænitet insula ponti,  
 Ecce! venit magicus, flabro variante, susurrus,  
 Qui simul elisas mersat, simul arrigit aures.  
 Turbida projecit concham, quam fluctus abundans,  
 Ut sensus animi vox intellecta, replevit,  
 Aurea, fortunata, Deis non ante reperta.  
 Omnibus inque soni scatebris mors viva resedit,  
 Omnibus in numeris inter se rite jugatis,  
 Abruptis properisque, simul sensimque profusis,  
 Ut filo lapsæ defectu præpete bacca. 270  
 Tunc, ut olivifera decedunt fronde palumbes,  
 Sic alius sonus atque alius se librat in auras,*

Each like a dove, leaving its olive-perch,  
 With music wing'd instead of silent plumes,  
 To hover round my head, and make me sick  
 Of joy and grief at once. Grief overcame,  
 And I was stopping up my frantic ears, 290  
 When, past all hindrance of my trembling hands,  
 A voice came sweeter, sweeter than all tune,  
 And still it cried, 'Apollo! young Apollo!'  
 'The morning bright Apollo!' 'young Apollo!'  
 I fled; it follow'd me, and cried, 'Apollo!'  
 O Father and O Brethren, had ye felt  
 Those pains of mine! O Saturn, hadst thou felt,  
 Ye would not call this too indulged tongue  
 Presumptuous, in thus venturing to be heard."

So far her voice flow'd on, like timorous brook 300  
 That lingering along a pebbled coast  
 Doth fear to meet the sea: but sea it met  
 And shudder'd; for the overwhelming voice  
 Of huge Enceladus swallow'd it in wrath:  
 The ponderous syllables, like sullen waves  
 In the half-glutted hollows of reef-rocks,  
 Came booming thus, while still upon his arm  
 He leant not rising from supreme contempt.

*Pro tacita pluma numerorum concitus alis;*  
*Et circumvolitat caput, et mea pectora lassat*  
*Lætitia luctuque simul. Superabat ibidem*  
*Luctus, et attonitas claudebam fortius aures;*  
*Cum tenuis rumpens trepida obluclamina palmæ,*  
*Blandior, ah! quantum numeris vox blandior ullis,*  
*Venit, Apollo! repens, Puer, et clamavit, Apollo!*  
*Lucis Apollo decus! Puer O, clamavit, Apollo!*  
*Effugi; tamen illa sequens iteravit, Apollo!*  
*O pater, O fratres, vos hunc reputate dolorem!*  
*Tu reputa, Saturne! Sed O! si forte tulisses,*  
*Non tibi laxa nimis foret hæc querimonia tandem*  
*Visa, nec audacem velles perstringere linguam!*

280

Hac delapsa tenus Clymenes vox effluit, amnis  
 Ut trepidus, qui saxifragam legit æquoris oram,  
 Et cunctatur aquis, metuitque occurrere ponto:  
 Ipsa sed occurrit, tactisque exhorruit undis.  
 Vociferantis enim superans absorbit æstus  
 Enceladi; tanto ceciderunt pondere verba,  
 Ut tumidi fluctus brevia in scruposa ruentes  
 Semireferta salo plangunt cava saxa sonanti.  
 Sustulit ora ferox, cubito tamen usque resedit,  
 Indignatus humo Titania vellere membra.

290

“Or shall we listen to the over-wise,  
 Or to the over-foolish giant, Gods? 310  
 Not thunderbolt on thunderbolt, till all  
 That rebel Jove’s whole armoury were spent,  
 Not world on world upon these shoulders piled,  
 Could agonize me more than baby-words  
 In midst of this dethronement horrible.  
 Speak! roar! shout! yell! ye sleepy Titans all.  
 Do ye forget the blows, the buffets vile?  
 Are ye not smitten by a youngling arm?  
 Dost thou forget, sham monarch of the waves,  
 Thy scalding in the seas? What! have I roused 320  
 Your spleens with so few simple words as these?  
 O joy! for now I see ye are not lost:  
 O joy! for now I see a thousand eyes  
 Wide-glaring for revenge.”—As this he said,  
 He lifted up his stature vast, and stood,  
 Still without intermission speaking thus:

“Now ye are flames, I’ll tell you how to burn,  
 And purge the ether of our enemies;  
 How to feed fierce the crooked stings of fire,  
 And singe away the swollen clouds of Jove, 330  
 Stifling that puny essence in his tent.

*Jamne placet nimium sapienti credere Divum,  
 An nimium stultæ, Superi? Non ignea sic me  
 Fulmina fulminibus torquerent addita, donec  
 Omnia deficerent Jovis armamenta rebellis;  
 Non scopuli ingesti scopulis, non orbibus orbes,* 300  
*Prorsus ut infantes regnorum in clade querelæ!  
 Tollite clamores, ululatus edite cuncti,  
 Rudite, Terrigenæ, tardum pecus, impia passi  
 Verbera,—nec meministis enim?—pugnisque recisi!  
 Nonne hæc incussit puerilis flagra lacertus?  
 Tune, Deus simulate maris, freta fervida flammis  
 Mente tenes memori? Num hæc tenuia verba loquendo  
 Exstimulare iras potui? proh gaudia! necdum  
 Omnia perdidimus: proh gaudia! namque tuentum  
 Mille micant oculi, tædisque ultricibus ardent.* 310

Hæc dicens totos erexit maximus artus,  
 Non intermissas prorumpens pectore voces :  
*En, furor! en, ignes! nunc vos ardere docebo,  
 Æthera corripere, atque hostes detergere ab omni  
 Parte poli; flammarum et spicula pascere curva  
 In furias, tumidosque novi comburere nimbos  
 Regis, et in tectis vim suffocare pusillam.*

O let him feel the evil he hath done :  
 For, though I scorn Oceanus's lore,  
 Much pain have I for more than loss of realms :  
 The days of peace and slumberous calm are fled ;  
 Those days, all innocent of scathing war,  
 When all the fair Existences of heaven  
 Came open-eyed to guess what we would speak :—  
 That was before our brows were taught to frown,  
 Before our lips knew else but solemn sounds ;        340  
 That was before we knew the winged thing,  
 Victory, might be lost, or might be won.  
 And be ye mindful that Hyperion,  
 Our brightest brother, still is undisgraced.—  
 Hyperion, lo ! his radiance is here !”

All eyes were on Enceladus's face,  
 And they beheld, while still Hyperion's name  
 Flew from his lips up to the vaulted rocks,  
 A pallid gleam across his features stern :  
 Not savage, for he saw full many a God        350  
 Wroth as himself. He look'd upon them all,  
 And in each face he saw a gleam of light,  
 But splendor in Saturn's, whose hoar locks  
 Shone like the bubbling foam about a keel,

*Scilicet ille, malum qui fecit, perferat idem.*  
*At, licet Oceani me non pia fabula movit,*  
*Multa tamen doleo, et plusquam mea regna requiro. 320*  
*Pacis enim fugere dies, et tempora somni,*  
*Tempora ferventis jamdudum nescia pugnae;*  
*Omnis ubi Superum veniebat candida pubes*  
*Quaesitum patulis quidnam loqueremur ocellis.*  
*Nondum contractae glomerabant nubila frontis,*  
*Mollibus aut labris voces haesere profanae;*  
*Nec quis adhuc norat, regni securus et aevi,*  
*Cuilibet ut parti Victoria cesserit ales.*  
*Sed durate animis; nam fratrum acerrimus ille*  
*Nondum sidereos Hyperion perdidit axes:— 330*  
*En! Hyperionius jam gliscit limine fulgor.*

Enceladum cuncti suspectavere loquentem.

Tum quoque, dum tanti nomen ducis ore resultans  
 Ardua Tartarei laquearia contigit antri,  
 Viderunt ipso jubar impallescere vultu.  
 Torva quidem facies, necdum effera; namque furentes  
 Repperit ipse furens. Cunctorum in fronte micabat  
 Lucis imago novae; sed clarius ora nitebant  
 Saturni, cujus crines in vertice cani  
 Fulserunt, ut spuma citae suffusa carinae, 340



When the prow sweeps into a midnight cove.  
 In pale and silver silence they remain'd,  
 Till suddenly a splendour, like the morn,  
 Pervaded all the beetling gloomy steeps,  
 All the sad spaces of oblivion,  
 And every gulf, and every chasm old, 360  
 And every height, and every sullen depth,  
 Voiceless, or hoarse with loud tormented streams :  
 And all the everlasting cataracts,  
 And all the headlong torrents far and near,  
 Mantled before in darkness and huge shade,  
 Now saw the light and made it terrible.

It was Hyperion :—a granite peak  
 His bright feet touch'd, and there he stay'd to view  
 The misery his brilliance had betray'd  
 To the most hateful seeing of itself. 370  
 Golden his hair of short Numidian curl,  
 Regal his shape majestic, a vast shade  
 In midst of his own brightness, like the bulk  
 Of Memnon's image at the set of sun  
 To one who travels from the dusking East :  
 Sighs too, as mournful as that Memnon's harp,  
 He utter'd, while his hands, contemplative,

Atra nocte sinum penetrat cum prora reductum.  
 Sic illi argenteum taciti pallere colorem ;  
 Donec ibi splendor subitus, ceu mane corusco,  
 Pervasit clivos saxis pendentibus omnes,  
 Et contristatæ nebulis spatia omnia Lethes,  
 Insinuans, rimasque omnes, veteresque recessus ;  
 Summa simul tangens atque ima ; expertia vocum,  
 Raucaque contortæ claris mugitibus undæ.  
 Nec non æterni fluviorum a culmine lapsus,  
 Torrentesque procul cursus, et spumea juxta  
 Prælia, cæca prius, vastisque obducta tenebris,  
 Nunc videre diem, et visu fecere tremendam.

350

Ipse Deus jubar illud erat, qui vertice rupis  
 Constitit in radiis, deprensum luce moratus  
 Cerneret ut luctum, jam cognita fata perosum.  
 Aurea cæsaries illi, crispata capillos,  
 Quo Numidum gens more comat ; tum regia formæ  
 Majestas media fulgorem intercipit umbra ;  
 Memnonis ut moles occasu Solis, eunti  
 Obvia, fuscantes qui pone avertitur ortus.  
 Quin et magnanimo suspiria pectore duxit,  
 Memnoniæ ceu mœsta lyræ, junctisque revolvit

360

He press'd together, and in silence stood.  
Despondence seized again the fallen Gods  
At sight of the dejected King of Day, 380  
And many hid their faces from the light :  
But fierce Enceladus sent forth his eyes  
Among the brotherhood ; and, at their glare,  
Uprose Iapetus and Creüs too,  
And Phorcus, sea-born, and together strode  
To where he tower'd on his eminence.  
There those four shouted forth old Saturn's name :  
Hyperion from the peak loud answered, " Saturn !"  
Saturn sate near the Mother of the Gods,  
In whose face was no joy, though all the Gods 390  
Gave from their hollow throats the name of " Saturn !"

Multa tacens manibus. Quem cum videre tacentem,  
Ceu spe dejectum Superi, nec bella parantem,  
Desperant iterum, vultusque a luce reconduunt.  
At trux Enceladus flammantia lumina torsit  
In gentem consanguineam; quo fulgure tandem  
Iapetusque, et Creüs, et editus æquore Phorcus,  
Surrexere simul; simul ardua regis adibant  
Enceladi; simul hi *Saturnum* voce quaterna  
Ingeminant; *Saturnum* Hyperion rupe reclamat.  
Falcifer ad Magnæ Matris latus ipse sedebat;  
Gaudia quæ vultu renuit, quanquam ocus omnes  
Insonuere cavo *Saturnum* gutture Divi.

370





*BOOK III.*





*BOOK THE THIRD.*

**T**HUS in alternate uproar and sad peace  
Amazed were those Titans utterly.  
O leave them, Muse! O leave them to their  
woes!

For thou art weak to sing such tumults dire :  
A solitary sorrow best befits  
Thy lips, and antheing a lonely grief.  
Leave them, O Muse! for thōu anon wilt find  
Many a fallen old Divinity  
Wandering in vain about bewilder'd shores.  
Meantime touch piously the Delphic harp,  
And not a wind of heaven but will breathe



*LIB. III.*

**S**IC miseræ paces alternaque jurgia passi  
Terrigenæ cæco consternabantur in antro.  
At tu quæ tantos cantare infirma tumultus,  
Hoc fuge, Musa, malum, et mœstis loca linque querelis.  
Solutus enim tua labra dolor, vocemque modestam  
Singula fata decent, privi sine teste labores.  
Tu fuge, Musa, locum; veterum nam multa Deorum  
Lapsa polo, temere incertis errantia terris,  
Mox interjecto deprendes Numina visu.  
Interea jam fila pia Parnassia dextra  
Percute; nulla poli non auxiliabitur aura,



In aid soft warble from the Dorian flute ;  
For lo! 'tis for the Father of all verse.  
Flush everything that hath a vermeil hue,  
Let the rose glow intense and warm the air,  
And let the clouds of even and of morn  
Float in voluptuous fleeces o'er the hills ;  
Let the red wine within the goblet boil,  
Cold as a bubbling well ; let faint-lipp'd shells,  
On sands, or in great deeps, vermilion turn 20  
Through all their labyrinths ; and let the maid  
Blush keenly, as with some warm kiss surpris'd.  
Chief island of the embower'd Cyclades,  
Rejoice, O Delos, with thine olives green,  
And poplars, and lawn-shading palms, and beech  
In which the Zephyr breathes the loudest song,  
And hazels thick, dark-stemm'd beneath the shade :  
Apollo is once more the golden theme !  
Where was he when the Giant of the Sun  
Stood bright amid the sorrow of his peers? 30  
Together had he left his mother fair  
And his twin-sister sleeping in their bower,  
And in the morning twilight wander'd forth  
Beside the osiers of a rivulet,

Doridis et blandæ strepitum variabit avenæ ;  
 Carminis omnigeni quoniam laudabitur auctor.  
 Ardeat en ! quicquid minio nitet, et rosa lucet  
 Læta vomat nimias, et mulceat æthera flammis ;  
 Solis et occasu glomeratæ, Solis et ortu,  
 Velleribus teneris verrant juga frondea nubes :  
 Purpureusque latex spuma cratera coronet,  
 Frigore quo bullant fontes ; et pallida labra  
 Concharum, maris in ripa, seu mersa profundis 20  
 Æquoribus, flexus rubeant pudibunda per omnes ;  
 Et flagret, prærepta pavens ut ad oscula, virgo.  
 Gaudeat et Delos, prælata virentibus olim  
 Insula Cycladibus, pallentes inter olivas,  
 Populeumque nemus, saltusque umbrantia longe  
 Palmarum folia, et fagos quibus instrepat hymnus  
 Altisonus Zephyrum, et densis coryleta latebris :  
 Aurea materies iterum mihi laudis Apollo !  
 Ah ! ubinam puer ille, gigas cum sideris ignei  
 Constitit in medio procerum marcore coruscus ? 30  
 Ille simul pulcram matrem pulcramque gemellam  
 Liquerat in thalamis ; lucisque crepuscula nactus  
 Flumineæ juxta procurrit vimina ripæ,

Full ankle-deep in lilies of the vale.  
The nightingale had ceas'd, and a few stars  
Were lingering in the heavens, while the thrush  
Began calm-throated. Throughout all the isle  
There was no covert, no retired cave  
Unhaunted by the murmurous noise of waves, 40  
Though scarcely heard in many a green recess.  
He listen'd and he wept, and his bright tears  
Went trickling down the golden bow he held.  
Thus with half-shut suffused eyes he stood,  
While from beneath some cumbrous boughs hard by  
With solemn step an awful Goddess came,  
And there was purport in her looks for him,  
Which he with eager guess began to read  
Perplexed, the while melodiously he said :

“How camest thou over the unfooted sea? 50  
Or hath that antique mien and robed form  
Moved in these vales invisible till now?  
Sure I have heard these vestments sweeping o'er  
The fallen leaves, when I have sate alone  
In cool mid forest. Surely I have traced  
The rustle of those ample skirts about

Floriferaque pedes crurum tenuis obruit herba.  
 Desierat Philomela, et sidera pauca sub auras  
 Cessabant, placido dum cœpit gutture turdus  
 Instaurare diem ; totaque in litoris ora  
 Non sinus ullus erat, nullum seductius antrum,  
 Impertentatum resonæ stridoribus undæ :

Sed nemus, et virides vix audivere recessus.

40

Audiit illacrymans juvenis, guttæque nitentes  
 Desuper auratum spargebant roribus arcum.  
 Sic interclusis jamque imbre tumentibus hæsit  
 Luminibus ; donec gressu Dea magna verendo  
 Incessit, patuli discusso tegmine rami :

Quam simul aspexit venientem, et fronte disertos  
 Agnovit vultus, animumque sub ore notavit  
 Attonitus, dubiaque incassum mente relegit ;—  
 Atque ita mellifluis incepit vocibus ipse :

*Ut mare per medium venisti, nullius ante  
 Contritum pedibus? potuitne ea prisca venustas,  
 Pallatusque diu decor hac in valle moveri  
 Indeprensus adhuc? Certe cum solus in altis  
 Captarem frigus latebris, has currere vestes  
 Lapsa super folia, et late sola verrere sensi.  
 Audivi certe strepitum fluitantis amictus*

50

These grassy solitudes, and seen the flowers  
Lift up their heads, as still the whisper pass'd.  
Goddess! I have beheld those eyes before,  
And their eternal calm, and all that face, 60  
Or I have dreamed."—"Yes," said the supreme shape,  
"Thou hast dream'd of me, and awaking up  
Didst find a lyre all golden by thy side,  
Whose strings touch'd by thy fingers, all the vast  
Unwearied ear of the whole universe  
Listen'd in pain and pleasure at the birth  
Of such new tuneful wonder. Is't not strange  
That thou should'st weep so gifted? Tell me, youth,  
What sorrow thou canst feel, for I am sad  
When thou dost shed a tear: explain thy griefs 70  
To one who in this lonely isle hath been  
The watcher of thy sleep and hours of life,  
From the young day when first thy infant hand  
Pluck'd witless the weak flowers, till thine arm  
Could bend that bow heroic to all times.  
Show thy heart's secret to an ancient Power  
Who hath forsaken old and sacred thrones  
For prophecies of thee, and for the sake  
Of loveliness new-born."—Apollo, then,

*Saltibus herbosis, et prælabente susurro  
Intrepidus vidi relevare cacumina flores.*

*Illos, Diva, oculos, et luminis ora sereni,  
Aut vidi, aut somnis forsàn vidisse putavi.*

60

Annuit, et, Somnis, dixit, *vidisse putato* :  
Et super increpuit formæ cælestis Imago :—

*Quin experrecto chelys ad latus ista reperta est  
Aurea; jamque tuo pulsatis pollice chordis  
Aure rapax vigili visus sentiscere mundus;  
Prodigioque novo partus inhiare canori,*

*Lætarique angique simul. Quid mæsta revolvis  
Immeritus? quæ sic dotatum cura momordit?*

*Dic, juvenis; namque ipsa tuis in luctibus angor;*

*Dic mihi, quæ solo jamdudum in litore blandis*

70

*Invigilare toris, et tempora noscere lucis*

*Sueta tuæ: tibi sic teneris famulabar ab annis,*

*Cum primum infirmos carpsit manus inscia flores;*

*Donec inexhausti robur juvenile lacerti*

*Fortius heroum per sæcula tenderet arcum.*

*Tu modo sensa libens arcani pectoris effer:*

*Ipsa Deum quoniam veterum non ultima sacras*

*Deserui sedes, fatorum ducta tuorum*

*Dulcibus huc monitis, formæque recentis amore.*

With sudden scrutiny and gloomless eyes, 80  
Thus answer'd, while his white melodious throat  
Throbb'd with the syllables:—" Mnemosyne!  
Thy name is on my tongue, I know not how;  
Why should I tell thee what thou so well seest?  
Why should I strive to show what from thy lips  
Would come no mystery? For me, dark, dark,  
And painful vile oblivion seals my eyes:  
I strive to search wherefore I am so sad,  
Until a melancholy numbs my limbs;  
And then upon the grass I sit, and moan, 90  
Like one who once had wings.—O why should I  
Feel cursed and thwarted, when the liegeless air  
Yields to my step aspirant? Why should I  
Spurn the green turf as hateful to my feet?  
Goddess benign, point out some unknown thing:  
Are there not other regions than this isle?  
What are the stars? There is the Sun, the Sun!  
And the most patient brilliance of the Moon!  
And stars by thousands! Point me out the way  
To any one particular beauteous star, 100  
And I will flit into it with my lyre,

Dixit, at extemplo Divæ convertit in ora  
Lumina respondens innubila semper Apollo ;  
Et micuit candens numerosa ad murmura guttur :

80

*Mnemosyne, quoniam linguæ succurrit hiantis  
Nomen sponte tuum, cur luclus jam tibi notos  
Commemorare piger studeam? cur fata resignem  
Quæ prodire tuis poterant manifesta labellis?  
Me vero impediunt tenebræ, mea lumina cæcus  
Error, et indignis urgent oblivia vinclis.*

*Cur sim adeo tristis frustra rescire laboro,  
Donec torpor iners artus invadit, et herba,  
Ut qui olim pennas habuit, cum murmure sido.*

90

*Heu! quibus imperiis cogi, quonam objice sisti  
Ipse mihi videor, quem nulli subditus ær  
Ultro escendentem patitur? cur cespitis oram,  
Scilicet invisam, nitens ad summa repello?*

*At tu, Diva favens, quæ rerum incognita monstra,  
Atque alios tractus externaque litora pande!  
Sidera dic quæ sint, et Sol, quam splendidus ardor!*

*Et semper placidæ decus inviolabile Lunæ;  
Tot stellæ tantæque! O si semel unius astri  
Explorarem aditus, et pulcra ad limina vertar,  
Cum cithara illabar, faciamque calescere cantu,*

100



And make its silvery splendour pant with bliss!  
 I have heard the cloudy thunder: where is power?  
 Whose hand, whose essence, what divinity  
 Makes this alarum in the elements,  
 While I here idle listen on the shores  
 In fearless yet in aching ignorance?  
 O tell me, lonely Goddess! by thy harp,  
 That wailleth every morn and even-tide,  
 Tell me why thus I rave about these groves!                   110  
 Mute thou remainest—Mute? yet I can read  
 A wondrous lesson in thy silent face:  
 Knowledge enormous makes a God of me.  
 Names, deeds, gray legends, dire events, rebellions,  
 Majesties, sovran voices, agonies,  
 Creations and destroyings, all at once  
 Pour into the wide hollow of my brain,  
 And deify me, as if some blithe wine  
 Or bright elixir peerless I had drunk,  
 And so become immortal!"—Thus the God,                   120  
 While his enkindled eyes, with level glance  
 Beneath his white soft temples, steadfast kept  
 Trembling with light upon Mnemosyne.  
 Soon wild commotions shook him, and made flush

*Et lucem argenteam sensu trepidare beato!*  
*Nubigenum audivi tonitrus! Quænam illa potestas,*  
*Quæ manus ignipotens, et virtus numinis instar,*  
*Rerum agitat tanto miscetque elementa tumultu;—*  
*Me trepidas præbente aures, me in litore segni*  
*Solicitam, sed nec pavidam, ducente quietem?*  
*O per te citharam posco, Dea sola locorum,*  
*Quæ surgente die, quæ declinante quiritat,* 110  
*Dic mihi cur ita deliro juga frondea circum!*  
*At tu muta manes: muto tamen ore notavi*  
*Scire tuum hoc ingens, quod me quoque corde receptum*  
*Reddit jure Deum: tanto simul agmine volvunt*  
*Nomina cum rebus, cum dictis facta vetustis,*  
*Et diri eventus, conversaque fata potentum,*  
*Et fastus soliorum, et verba jubentia regum,*  
*Atque ortus obitusque; cavi quæ claustra cerebri*  
*Perrumpunt, superumque animos et numina donant:*  
*Haud aliter quam si lætus mera vina bibissem,* 120  
*Et non mortales divini nectaris haustus.*

Sic ait, accensique oculi sub fronte polita  
 Æquatas jecere faces, et luce trementes  
 Confixere Deam: mox sævi impellere motus,

All the immortal fairness of his limbs :  
 Most like the struggle at the gate of death ;  
 Or liker still to one who should take leave  
 Of pale immortal death, and with a pang  
 As hot as death's is chill, with fierce convulse  
 Die into life : so young Apollo anguish'd ;  
 His very hair, his golden tresses famed  
 Kept undulation round his eager neck.  
 During the pain Mnemosyne upheld  
 Her arms as one who prophesied.—At length  
 Apollo shriek'd ;—and lo ! from all his limbs  
 Celestial . . . . .

130



Sidereisque alte livorem inducere membris ;  
Quales ægrorum nisus in limine leti ;  
Aut si quis nunquam pereuntis limina leti  
Transeat, inque vicem pro frigore fervidus isto  
Emicet in vitam moriendo, iterataque Parcis  
Fila trahat. Sic ille tener turbabat Apollo ;  
Ipsaque cæsaries et nobile verticis aurum  
Undabat tremulis ad vivida colla capillis.  
Mnemosyne hæc inter vatum Dea more furentum  
Brachia sustinuit. Tandem exclamavit Apollo  
Percitus : at totis, mirum ! cælestia membris  
[Lumina perluxere ; vigent cava tempora flammis ;  
Celsior elato consurgit sidere vultus.]

130



CANTABRIGIÆ  
TYPIS ACADEMICIS EXCUDEBAT  
C. J. CLAY, A.M.

